

lent cessare, quod Aqueses non debeant post monitionem dictum Episcopum, & Marchiones, & Cassinenses adjuvare, vel offendere contra commune, vel pro communi Alexandria: & hoc si Episcopus, vel Marchiones, vel Cassinenses per se, vel per alium, vel aliquod commune auctoritate eorum communi Alexandriae guerriaverint. Si vero Alexandrini per se, vel per alium eorum auctoritate Episcopo, & Marchionibus, & Cassinensibus guerras moverent, tunc commune Aquis possit praedictos adjuvare. Item sub eodem juramento mittere Romam pro unione instauranda primo vice expensis communis Aquis. Item quod non facient conjurationem cum aliqua persona, vel personis, loco, vel locis, nisi salvis juramentis, & pactis factis in Alexandria (1). Item quod facient guerram, cavalcata, & exercitum emendo, equos, & arma convenientes, vel convenientia homini, vel hominibus, item loco, vel locis, qui Alexandriae guerriaverint. Item quod non facient pacem, treguam, vel posam in fraudem, nisi sicut Alexandrini fecerint. Item quod non auferent, nec auferri permittent alicui de Alexandria pedagium in Aquis, vel ejus districtu. Item quod non faxibunt, vel faxiri permittent in Aquis, vel ejus districtu aliquem de Alexandria pro aliquo debito, nisi expressim fuerit obligatus pro illo debito. Quae autem praedicta omnia omnes de consilio, qui ibi aderant, quilibet manu propria ad sancta Dei Evangelia promisit, & juravit attendere, quorum nomina sunt haec: 30 Ubertus de Burgo, Nepos Consules, Arnaudus Judex, Aicardus Affolle, Manfredus Boccas, Saccus, Petrus Roba, Ubertus Magistri Henrici, Pilus Gaje, Jacobus Quastarava, Ubertus Agredi (2), Otto Planus, Belengius, Lucio, Mussus de Porta, Henricus Abbatus, Vermus Boranus (3), Mussus Cerris (4), Jacobus de Plaxano, Vermus quondam Belengerii Molinari, Johannes Christianus (5), Benenatus Sovagius (6), Besuitius Guastapalea, Vincentius Messairolus (7), Gosbertus, Vassallus 40 Razul, Ainardus, Jacobus Sorel, Ameli Nicola, Balionus, Ogerius Atane (8), Alelmus Tolera (9), Rodulfus Delisalvi, Henricus Piper, Otto Moreno (10), Oculus Apostoli, Henricus Blancus, Vermus Serdo, Arnaudus Bruna, Dominicus Belengerius, Arnaudus bis Consul (11), Ubertus Mantea, Petrus Scriba.

Interfuerunt testes rogati videlicet (12) Henricus Barob, (13) Patiens Homu, (14) Anselmus Traim, Bastardus Bernardi de Marengo, Ottolinus Mat (15), 50 & Henricus de Centig.

(1) Cum Alexandrinis. (2) Agrati. (3) Villelmus Bojanus. (4) Calis. (5) Vianus. (6) Bonaldus Lavagius. (7) Mestyrol. (8) Arancus.

(9) Anselmus Telleva. (10) En Chronici Laudensis scriptoris nomen, & cognomen. (11) Ars. serv. Consul. (12) Vilel. Leger. (13) Baril. (14) Terriva. (15) Met.

*Juramentum Alexandrinorum erga Aqueses.* 60

168

M C C X X I V.

Eodem anno die Mercurii ultima julii, praesentibus Armano Capellario, Notario Scotto de

Imblavato, & Bocia Notario, & Ruffino de Gujoto testibus. In majori Ecclesia S. Petri Alexandriae in pleno consilio campana collecta D. Petrus de Petrasanta Alexandriae potestas dicto consilio confirman- te, & nullo contradicente vice, & nomine communis Alexandriae promisit, & super sancta Dei Evangelia juravit Uberto de Burgo consuli, & Arnaudo de Bruna Ambaxiatori vice, & nomine communis salvare, defendere, & manutenere civitatem Aquesem cum omni honore, jurisdictione, & integritate, in qua modo est contra omnes personas, & loca salvo Domino Imperatore, & Marchione Montisferrati, & salvis juramentis, quae fecerant, quibus tenentur Mediolanensibus, Terdonensibus, Vercellensibus, Astensibus, Albensibus, & Valentianis, & Cassinensibus, salva unione, sicut continetur in privilegio facto per Dominum Papam Innocentium inter Aqueses, & Alexandrinos, & Ecclesiam Alexandrinam, & Aquesem. Item quod non faciet conjurationem aliquam cum aliqua persona, vel personis, loco, vel locis, nisi salvis juramentis, & pactis factis Aquesibus. Item promisit sub eodem juramento facere guerram, cavalcata, & exercitum emendo equos, & arma convenientes, & convenientia homini, vel hominibus loco, vel locis cui Aqueses guerrizzarent, Item quod non facient pacem, treguam, vel posam in fraudem, nisi sicut Aqueses fecerint. Item quod non auferent, nec auferri permittent pedagium alicui de Aquis in Alexandria, vel ejus districtu. Item quod non faxibit, vel faxiri permittet in Alexandria, vel ejus districtu aliquem de Aquis pro aliquo debito, nisi expressim fuerit obligatus pro illo debito. Quae autem omnia praedicta omnes de consilio, qui ibi aderant quilibet manu propria promisit, & super sancta Dei Evangelia attendere juraverunt nomina quorum sunt haec: Anselmus Zoppus de Foro, Nampus Lanza Vecchia, D. Philippus Judex Grevia, Guasta Molia, Florius Ricia, Ruffinus de Petragona, Ubertus de Foro, Obertus Squarzacicus, Bono Johannes de Roba, Bubulcus Achafinus, Casagnus Belengius de Taliolis, Bernardus de Marengo, Paleacius de Bosco, Anselmus de Bota, Ganducius de Ganduciis, Anricus Jacolius, Aleomelius Guascus de Bonifaciis, Obertus de Serot, Otto Sappa, Laurentius Scarabellus, Otto de Rulto, Ruffinus Cremonensis, Ottobonus Beccarius, Boffo Faber, Pitzius de Foro, Odesonus Beccarius, Enricus Balbus, Ruffinus Ciffus, Manfredus de Guagnono, Veilelmus Guascus, Obhertus de Occimiano, Vellelmus de Aquis, Ubertus Rastanus, Auriacius Nanus, Obertus Judex de Serit, Johannes Ardengus, Ogerius de Pagino, Ubertus Scatarelus, Oglerius Grillus, Grassus Rabaudicole, Giraudus Nicia, Tibaudus Rubeus, D. Otto Rubeus, Villelmus de Gaudaccio, Ruffinus de Bogerio, Rainerius Nanus, Jacobus Guercius, Mulacius Auracius Crista, Guido Donnebhone, Ruffinus Guascus, Johannes Ser, Vilelmus Rainardus, Amicus Mutus, Ubertus Langonicus, Amicus Donnephisla, Carlus Rainardus, Auricus Barofus, Albertus Treppus, Otto Vitiatus, Veilelmus Taurus, Ruffinus Clarus, Otto Ravarius, Rainerius Villelmus, Nani Johannes